


QK. 251.33

Catal. Script. Ge
Kirchmayer



2054966
ChSet

GEORGJ CASPARIS
KIRCHMAJERI,
Orator.P.P.in Electorali Witteberga,
Academiæ Senioris & h.t. RECTORIS,
EPISTOLA

AD

Virum Celeberrimum,

De

VITIS PARITER AC SCRIPTIS

Divinæ humanæque Sapientiæ

Antistitum,

Omnino meritissimum,

DN.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

HENNINGUM VVITTEN,

Eloqv. & Histor. in Rigenſi Livonorum

Athenæo Prof. P. Fautorem & Amicum

Veterem.

VVITTENBERGÆ,
TYPIS CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.

99





Ausam ac occasionem sæpiùs & li-
teris & libris, liberali amicitiâ sub-
missis, ad scribendi genus hoc me
stimulantibus, exhibuisti hacte-
nus, Fautorum Optime, HEN-
NINGE. Dum id enim agis, ut
memorias magnorum eruditionis Luminum, tot
comprehensas tornis, ab oblivione vindices, multa-
rum non solummodò familiarum, sed & urbium,
& regionum excellentes homines devincis tibi
proprios propitiosque. Horum ego postremissi-
mus, tot abs te provocatus monitricibus epistolis,
ut vitam tibi meam (inter nos, dum vivimus, in
scriniis servandam) atque aliorum Wittebergæ o-
lim Patrum Academicorū, crederem, appareo. Ne
quæso feras graviter, quod distuli diutiùs officium
hoc meum, opereque ipso potiùs, fasciculis scripto-
rum aliquot meorum ad te commendatis sæpiùs,
quanti te facerem, testatus sum. Fortasse pluri-
bus haud displicebit, qui superiore anno, in *Hol-
satia* cùm degerem, rogârunt me, ut inclytos Col-
legas meas preeibus, ad publicandos indices scri-

A 2

ptorum,

ptorum, expugnarem, & exemplo proprio negotium subirem idem. Hoc, dñs 21^g mar^o, confiteor, cùm dies diem hactenùs docuerit, quas ab Anno 1657. ad Annum 1661. ex Physicis potissimum elaboravi Dissertationes Academicas, accessionibus & emendationibus, editione alterâ interpolandas mihi necessariò videri, si pro meis debeant laboribus agnosci. Eo quippe sum ingenio, ut cedam veritati sponte, sine adversario, aut contradictionis studio, discamque lubens indies, si vel alterum sepulcro pedem inferam. Tu ipse judica cum Sapientibus, an iterandos mereantur typos hæ quisquiliæ, jam dudum Wittebergæ editæ, cum blattis tineisque rixaturæ, si censura gravior sequatur? Vale, ac ut soles, ama Tui amantissimum! De prop. pridiè Kalend. Octobris, qui natalis extitit *Pompejo M.* sed divo *Hieronymo* emortualis, Anno M. DC. XCII.

CATALOGUS.

I. **P**rogrammatum, Academiæ Wittebergensis nomine, autore me, promulgatorum ab Anno 1661. usque ad Ann. ferè 1693. Opus, duobus in 4to. Tomis comprehensum, sexcenta amplius complectens scripta, ad personas & res utiles curiosasque pertinentia.

II. Oratio-

- II. Orationū Panegyricār. ultra Annos hactenūs XXX. proprio alienoq; nomine habitarum , editarum separatim, & ineditarū pluriū, in majori forma opus excludendum.
- III. Inscriptionum stylo lapidari , Carminumquē in lethalia , & lætabilia tributorum , vastius volumen, media exprimendum formā.
- IV. Commentar. in *Corn. Nepot.* tertia Edit. proditura auctior ac emendatior , in 8.
- V. Medull. Orator. Edit. 2. Noribergæ impressa sumtibus Endterian. cum accessionib. in 12.
- VI. Commentarius ad *Tacitum* de morib. Germanor. Veterum, Editione primā altero tantò locupletior futurus, in 8.
- VII. In *Ciceron.* de perfecto Oratore , nec non ad Oration. pro *Quinctio* Commentariol. in 8.
- VIII. Ad *Plin.* Secund. pro *Trajano* Panegyric. & Commentar. & index plenior, in 8.
- IX. Institut. Metallic. Germanic. in 4to. cum figur.æneis nonnullis.
- X. De Paradiso, Imperio Antediluvian. Arca Noæ & Diluvio , libellus in 8.
- XI. *Lactantius* de vero Dei cultu, notis Criticis & aliis illustratus , cum Dissertationibus seorsum editis in 4to.
- XII. Notitia Imperii Germanici , ad hodiernum refingenda Statum, in nucleo, itemque de immodicis Principum donationibus , & Successorum obligatione , ad Excellentiss. S. R. Maj. Regniique Svec. Senatorem , Discussio , in 4.
- XIII. *Justi Lipsii* Epistolographia , cum annotamentis, in 12.
- XIV. Robert. Hugues de artificio Transitionum, in 12.

- XV. Zoologia Physica Job. Sperlingii cum curiosis aliquot Dissertationibus Kirchmajarianis, in 8. Edit. 2.
- XVI. Carpologia Physica Sperlingiana in 8. edita, adjectis rarioris pariter argumenti diatribis.
- XVII. Ad Arnold. Clapmar. de arcana Rerum. Commentarius elaboratior in MSC.
- XVIII. Res Germaniae & Franconiae antiquae ante avum Carol. M. ad Carol. IV. in fol. MSC.
- XIX. Institut. Oratoriæ Civil. & Ecclesiast. in 4. MSC.
- XX. Crisp. Sallust. cum Observationibus succinctis in 8. MSC.

Dissertationes Publ. ex Physicis, ab Anno 1657. usque ad Ann. 1661. in Acad. Witteberg. habitæ Kirchmajariana:

De

Speciebus Corporum Naturalium.
Cælo.

Aquis Supracœlestibus. In singulis his Disputationib.
Stellis generaliter spectatis. omissa Dnr. Respondentium nomina, amore brevitatis, sunt,

Luce primigenia.
Luce ac Umbra.

Aëre.

Terra.

Atomis.

Mercurio.

Sale.

Fulmine, ejusque adjuncto Tonitru,
Terræmotu, & concusione violenta.

Multæ harum pluries recusat, sed Autore inscio, interdum etiā indignante.

Tempe-

De Temperamento.**Calido innato.****Generatione & corruptione Corporum mistor.****Origine animæ, & Vitæ humanæ peculiares V. Dissertat.****Immortalitate animæ humanæ.****Morte.****Risu.****Gemmis.****Nive.*****Phœnix.*****Basilisco.*****Leviathan.*****Behemoth,****Balsamo.****Corallio.****Saccharo.****Elementis.****Ventorum origine & causis. Physicum respectum.****Motu terræ, contrà Copernic.****† Lumine perpetuo.****Dracone.****† Draconibus volantibus Dissertat. Epistolica.****† Phosphoris, & Noctiluca Dissertationes binæ, itemq; de****† Natura Lucis & Ignis.****† Lunari Iride, ac in Luna Cruce.****Interitu materialium formarum.****Terris sigillatis.****Loco & vacuo****Ventis insolentibus.****Montibus ignivomis.****† Traduce morborum corporis, & passionum animi.****Dispu-**

Harum quædam, asterisco
notatae, *Sperlingianis*, pro
appendice, adjunctæ scri-
ptis.

- * Araneis.
- * Tarantula.
- * Unicornu.
- * Manucodiata.

Signum † referentes, et si
pòst elaboratae Disserta-
tiones, his nihilominùs
inspersæ sunt, propter

Physicum respectum.

Disputationes publicæ, ab Ann. 1661.
usque ad Ann. quasi 1693. paucissimis exce-
ptis, Autore Kircbmajero ventil.

De

- M**iltiade, Themistocle, Aristide, ac Pausania 3. Dispp.
ad Cornel. Nepot.
Auro Obryzo, & Argento Pusulato, ad Sueton. & Cod.
Metallurgia vapulante à Plin. & Senec.
Denario vetere, ad Plin. & Flav. Vopisc.
Ænigmate Virgil. Dic, quibus in terris &c.
Epistolis Veterum.
Auguribus Roman.
Raptu Sabinar.
Fratr. Tergeminor. Horat. & Curiat. pugnā.
Rebus moribusque Judæor. } ad Tacit.
Obsidione Hierosolymitanā } ad Tacit.
Factis illustrioribus Alexandri M. ad Curtium.
Expeditione Argonautar.
Atlantide Platonis.
Pontio Pilato Heavontimor.
Gallor.. & Anglor. genio atque dotibus, ad Icon. animor.
Barclaji 4. Dispp. distinctæ.
Lingua vetustissima Europ. Scyth. Celt. & Gotbica.
Oratore Ecclesiast. & Civil.
Oratore Parrhesiasta.
Salinis, & Bello propter eas, ad Tacit.
Senec. & Plutarch. pietatis naturalis, & quietis animi de-
fensoribus.
Campis Elys. & Gentil. Paradiso.
Cibo Joan. Baptista, & Fili Acolasti.
Γνῶθι σεαυτὸν, ad Senec.

Origi-

48 (9.)

De Originibus *Habsburgicis & Hohen-Zolleran.*

Nominibus, axiomate, ac divisione Imperii Rom. Germ.

Paradiso, sive Cœlo Tertio.

Apparitionibus Spectrorum, & Visionib. Naturæ proba-
bilis, ad Scriptores aliquot Roman. veteres.

Injuriis, illatis patienti *Jesu*, à Judicibus & carnifici-
bus Hebræis Romanisque.

Heroum Conviviis, Cœnisque Principalib.

Orator. Ecclesiasticae Methodo Homiletica.

Originibus & Causis Literat. Græc.

Amœnitates & Vindiciæ Latinit. ad Digest. & Institut. VI.

Dissert. separatim editæ.

Causa *Parmenion*. accusati & defensi, 2. Dissert.

Halurgia Academic. Curiosa.

Tribulis, potissimum Aquaticis.

Dübensi Saltu Mineralium feraci atque Metallor. pro-
pè *Schmideberg*. Saxon.

Hæ 3. adhuc ha- Fœnore Unciaro, ad *Tacit.* & usurar. pra-
bendæ de Legione Fulminatrice. [vitatis peste.
(Divis, diabibusq; & devotis.

Per annos haetenuis XXVI. in mo-
rem vertit, ut prælectionum publicar. horam sacris
meditationibus impenderet deduceretque ad

Historiam

Patientis JESU Auditores suos Au-
tor, tempore duntaxat Quadragesim.

Elegit igitur, ex * Sapientis monito, pro dignitate
rei, argumenta, & tractavit ad hunc usque

Annum:

B

Non

[* Seneca Epist. 108. Non est, quod mireris, ex eadem
materia suis quemque studiis apta colligere. In eodem pra-
to bos herbam querit, florem Virgo, canis leporem, ciconia
acertam.]

CAPUT. I.

De

- A**ula, Palatio, & Prætorio.
- A** II. Denariis III. Ritu Unctionis.
- IV.** Ritu salut. per oscul. & Judæ osculo.
- V.** Prætextu innocentiae Pilati.
- VI.** Cruce Christi.
- VII.** Crucifigendi ritu & supplicio.
- VIII.** Legionibus.
- IX.** Titulo crucis CHR. & mortuor. Titulis.
- X.** Probris & convitiis illatis JESU ab Apella, &
Romano milite præfidiario.
- XI.** Vestimentis Christi, inconsutili potissimum
illius Tunica.
- XII.** Ritu funerationis Christi. [pulcris.]
- XIII.** Sepulcro Christi, veterumque Gentium se-
- XIV.** Veterum Acclamationibus & Plausu.
- XV.** Antiquorum Lotionibus, rituque ablutiendi
mani.
- XVI.** Cœnis Veterum.
- XVII.** Pontifice Max. & Pontificatu Ebræor.
- XVIII.** Luctu Universi, super morte Servatoris.
- XIX.**

- 8 (II.) •
- XIX. Scribis Veterum.
XX. Horis Veterum & Horologiis.
XXI. Solennibus condendi Testamenta Veter.
XXII. Unctura atque Pollinctura mortuor.
XXIII. Sparsione florum, foliorum, vestium.
XXIV. Scissione vestium. XXV. Crurifragio.
XXVI. Ominibus, prodigiis, somniis, ostentis, &
miraculis, tempore patientis Jesu observatis.
XXVII. Linteis, ac involucris Christi sepulcralibus.
XXVIII. Solemnibus Natalium dier. ceremoniis.
XXIX. Sacerdotibus Veterum, ac Sacerdotio.
XXX. Flagellationibus & flagellantibus.
XXXI. Templis Veterum.
XXXII. Coronis.
XXXIII. Festis plurimar. gentium.
-

Sequuntur

Disputationes quædam accessoriæ,
à Fratribus Charissimis,

SEBASTIANO KIRCHMAJERO,
Antidhâc Prof. P. in Illustri Ratisponensium,
nunc Rotenburgensium ad Tubarim Republ. Pa-
store, Superintendente ac Scholarcha
benè merito;

B 2

Nec non



o6(12)30

Nec non

M. THEODORO KIRCHMAJERO,
VVeimersheimensium, in Capitulo VVülze-
burgensi Norico, h.t. Pastore & Decāno;
Wittebergæ olim in Ampliss. Philos. Ordī-
ne Adjunctis, habitæ pleræque.

De

Principiis Corp. Natural.
Formis latentibus & partialibus.
Potentia Obedientiali. Quæstion. Physic.
Hominibus apparenter mortuis. Select. Dispp. 2.
Epulo Belsazaris & fatali scriptione.
Indiciis metallicis. De metamorphosi Monar-
chæ Nabuchodonos.
Æstu maris.
Salsedine aquæ marinæ.
Monstris nobilior. naturalium.
Tono consono, rumpente vitra.
Filiis meteoricis. De Locustis.
Pulvere Sympathetico.
Incendio sylvatico Schmidebergenſi.
Metu potentiae crescentis.
Curru flammante Eliæ.
Raptu divi Pauli. De Rubo ardente.

περισσομα, de

LEXICIS & LEXICOGRAPHIS.

Anni admodū elapsi plures sunt, cùm de *Lexicis & Lexi-*
cographis elaborarem Diatribam, hactenus ineditam.
Ansā dederat egregii publici necessitas hāc parte pro-
moven-

movenda; uberrimam materiem suppeditaverat per annos
duodequadriginta lectio & collectio attentior, per classi-
cos Scriptores, veteres in primis. Volveram, quæ licuit e-
volvere, Glossaria, Lexica, Dictionaria, Promptuaria, Anti-
quaria, Thesauros, & Etymologica; Spelmanni, Watsii,
Goldasti, Lindenbrogi, Caroli du Fresne, Geropii Beca-
ni, Rodorn. Schrieckii, Borrichii Analecta, Origines Bec-
manni, Catelliani Cottæ, Calvini, Schardii, Vossii, Bar-
nab. Brissonii, Nizolii, Joh. Jacob. Hofmanni, Strauchii,
Sylvatici, Baubini, Senioris amicissimi Menzelii, nec ul-
timo commemorandos loco Lexicographos, Ambros. Cale-
pin. Decimatorem, Forum Rom. Stephani & Curionis
Matth. Martinium, Büchneri Fabrum cum accessionibus,
Königium, & elegantissimum Reyberianum opus &c. In
quām plurimis desideravi multa hactenūs; quandoque
etiam adjeci loca vel ab aliis omissa, vel non satis com-
modè adducta. Longum, & ab instituto hoc compendioso
alienum foret, recensere amplius sexcentis talia; negle-
cta non solùm à Vossio & similibus, sed in primis quoque
in Foro Romano; qualia Borrichius ingenti numero ad-
duxit alibi, in Analectis.

§. II. Deprehenderam huc usque *Lexici perfectionis*
requisita hæc; ut (1) indicis ac normæ rationem subeat.
Quod nisi fiat, nulla unquam solida sperari hinc doctri-
na possit. Sicut etenim in sylva cædua occurruunt arbores,
ad extenuandas domos, tabulas scindendas, supellestilem
domesticam formandam, exurenda ligna, necessariæ; sic
in Vocabulariis est opus copiosiore apparatu, ad elabo-
randum, aut interpretandum aliquid. Deinde indicis ac
normæ munus Lexicon explere debet, ut designet sua, velut
gnomon sciatericus in solario; sic index ille loca in Scri-
ptoribus monetæ probæ referat, ex ordine. Nam sine or-
diue

dine concinno, sive naturali, sive artificiali, atque Alphabetico, quid, nisi chaos inde prodeat, aut indigesta molles? Tali igitur sub indice non skeleton vocabulorum tantum, sed & phrasium in primis, ac sententiarum nervos intelligimus. In primis autem normæ dignitatem sustinere debent Lexica; ne vel deficiant in necessariis, aut etiam luxurient in supervacuis; aut in allegandis locis obiter falsoque agant, & ludificant Lectorem: quibus, in communione, vitiis laborant Lexicographi. Quam accurate hic iudicio sit opus, perspicaciores capiunt dolentque, adeo haec insuper haberi.

II. Adhibere oppidò delectum Lexicographos oportet, ut non alter alterum describat, aut mutatis aliquot mutandis addat, adimat, pro lubitu, interpoletve: sed expendat quisque diligenter omnia, vestiger loca ipsem, & sensum genuinum eruat. Considereret, an lectio vulgaris mereatur locum? Sin minus, ne securè credat omnia, diffidat potius, examinet, & bonos imitetur Criticos. Quam in rem plura ex Pollucis Onomastico adducere possemus.

III. Phrynicbus Arabius in vastissimo ον Φισικῆς Ὀρθοδόξης, seu opere apparatus Oratorii, (ex quo Epitomen Nunnesius collegit Petrus,) tertium, nec minus memorabile suppeditavit requisitum. Photio interprete nimirum legem sibi posuit hanc Phrynicbus. nam is collectas à se voces, ad hunc modum discernendas afferebat; ut quasdam earum Oratoribus, aliis Historicis, quasdam familiari consuetudini tribueret; convitiis nonnullas proprias, aut rebus oportunas amatoriis assignaret. Ecquanta laus haec! quamque accurata est provisio! Optandum porrò etiam, ut in Latinis Lexicis Scriptores aureæ ætatis primo, altero argenteæ, & sic in reliquis deinceps, suo quisque loco poneretur, & adducerentur horum loca; isthâc enim ratione

ratione fieret , ut citius feliciusque juvenes assuescerent Latinitati castæ. Ex neglectu requisiti hujus factum est, ut Viri quoque principes in literis de genuinis vocibus tot litteres inter se reciprocarent , sæpè ad injurias progressi. Ita Gedius Patavinitatem exprobavit *Livio* ; ut neque parceret *Sallustio*. Quot quantaque *Scioppius* negotia facescivit *Lipso*, *Casaubono*, *Tbuano*, *Famiano Stradæ*, *Vossio*? Quot pater *Vossius* in *Aristarcho* aliis? *Borrichius* eidem, *Sagittarius*?³

IV. Requisitum quartum quidem numero , sed dignitate princeps , in accuratissimis Auctorum classicorum omnis generis indicibus reponi debet . Quotusquisque non intelligit , non confitetur hodiè , quantoperè intersit methodi facilioris , & doctrinæ , veterum non modò scripta , sed recentiorum quoque libros accuratiорibus indicibus gaude-re? Quàm diligenter nomina & verba casca ex *Varrone*, *Flacco*, *Festo*, *Nonio Marcello*, *Isidoro* , & similibus Grammaticis *Dionysius* collegit *Gothofredus*? Quàm strenue *Lambinus*, *Torrentius*, & *de Mares*, in *Horatianis* recensendis , rem egerunt? Quàm exquisitum est & operosum Lexicon in *Plautum* atque *Symæchum Parei*? Quàm præclarè meritus de *Tacito*, *Justino*, *Curtio Freinsheimius*? *Bæclerius* de *Nepote ac Vellejo*? *Hermolaus Barbarus* cum *Cataneo* & *Frischmanno Pliniana* quanto eruerunt studio? *Gifanius Lucretium*, *Passeratius Propertium*, *Latius Vitruvium*, *Catullum Tuscanella*, *Rbodus Scribonium Largum* , *Scheidus Herodianum* , & (ne plures cumulem,) *Loticbius Petronium*, per minima rimati , maximos progressus eruditioni peperere. Nunc quanta inde redundarent commoda , si Academiæ aliquot conferrent symbolas? & , velut in optatis habuit *Olaus* , partirentur operas , ut hic hunc, ille illum , alias alium auctorem providè excuterent , intactum nihil relinquentes?

Pro-

ZG 1240 Ok

• 6 (16). •

§. V. Prosodiam Rhenius, & plures partem statuunt Grammatices; sed potiori jure Lexici perfectioris requisitum V. nostro ordine habetur; syllabarum e. quantitas non omitenda erat temerè. Ridiculum videlicet, adducere accentu destitutas voces, impossibile efferre polysyllabas. Nec excusare sufficit hanc negligentiam per Prosodias speciales Smetii, Massonii, Riccioli, plurimumque. Sed nec illud ad rem facit, si, posthabito examine severiori Lexicographorum alter alteri yenalem largiatur fidem, describendo syllabarum quantitates. Pudet dicere, in Lexicis aliquibus vel penitus omissos, vel non justo loco positos accentus esse.

§. Sextum Requisitum ponimus in J. Ctorum veterum, quæ Institutiones & Digestæ, sedulo scrutinio. Confessi sumus alibi, semperque confitebimur: Non posse Lexicon sperari aliquod perfectum in Latinitate, sine Pandectarum juris adminiculo. Quamobrem etsi libro Elegantiar. V. graviter perstringat veteres J. Ctos Valla; sapienter interim verèque judicavit in Praefat. lib. 3. per quotidianam lectionem Digestorum, & semper aliqua ex parte incolmis, atq; in honore fuit lingua Romana, & brevi suam dignitatem atq; amplitudinem recuperabit. Quæ me ratio promovit, ut in plusculis huc usque Dissertationibus hūc habitis adduxerim, & adducturus sim sexcentos flosculos Latinitatis, prætermisso à Calvinō.

§. Septimum - per quidem - necessarium perfectioris Lexici requisitum exigunt Nummariae antiquitates. Et quis credat, quantum detrimenti passa fuerint huc usque Lexica scientiæ illius prætermissione? Addimus his pariter Inscriptiones veteres, collectas à Grutero, Reinesio, & Aringho: è quorum penu plurima de promas, ad pomœria Latinitatis amplianda, quæ conducunt. Sed hæc hic sufficient tantisper desideria.

T. Θ. Δ.

QK. 251.33

GEORGJ C
KIRCHM
Orator.P.P.in Elec
Academiæ Senioris
EPISTO

AD

Virum Celeb


De

VITIS PARITER
Divinæ humanæ
Antistit
Omnino meri

DN.

HENNINGUM
Eloq. & Histor. in R
Athenæo Prof. P. Fa
Veterer

VVITTENE
TYPIS CHRISTIANI SCHE



X LOS 4966

